Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

solidos solui debet. Preterea de ecclesiastico paulo inferiori sic iubet. Si quis ecclesiasticum bonum occidit. c solidis componat. Si uero in ecclesia bonum ipsum ecclesiasticum qui occidit Ludewicus imperator de ecclesiarum honore loquitur. hoc in unum dicam ostendit dicens. De occasis in ecclesia.

Si quis ex ira causa aut sui causa hominem occidit de uita componat. Si uero iratus foras fuerit et unum alium in ecclesiam fugauit et ibi se defendendo interfecit et huius rei testes habuit cum .xii. testibus iuret legitimis. se defendendo eum interfecisse et pro hoc solidos .c. ad partem ecclesie quem illo homicidio polluerat et insuper bannum nostrum .i. .lx. solidos cogatur soluere. Si uero quis interfecit et absque compositione iacuerit. ad deum sedem iudicium canonicum congruam facinori quam admisit penitentiam accipiat. Si propriis seruus hoc commisit. iudicio aque feruentis examinetur. utrum hoc sponte fecisset. ac se defendendo. et si manus eius fuerit adusta. interficiatur. Si autem non fuerit. dominus eius iuxta quod werigeld illius det ad ecclesiam persoluat. Vel si uoluerit eidem ecclesie tradat. De ecclesiastico et fiscalino et beneficiario uolumus. ut una uice werigeld pro eo componatur. alia uice seruus ad supplicium tradatur. Heredes uero liberi hominis quia propter talem factum ad mortem fuerit iudicatus. ad legitimos illius heredes pertinet. Si in atrio ecclesie cui porta reliquis sacris consecrata est huiusmodi homicidium perpetratum est componatur et emendetur. Si uero non est consecratum. code modo componatur. sicut oportet debet. quia in immunitate uiolata commisit. De occasis sacerdotibus.

De sacerdotibus uero et ceteris qui in sacris ordinibus promoti sunt. hoc antiquorum regum et principum institutio habebat. ut si extra ecclesiam aut in immunitate occidentur aut aliquem de honestatem supplicetur in iuria cuiuslibet componere soluentur. si autem in ecclesia occidentur aut usque ad sanguinis effusionem cedentur. Vel si ictu gladii lesi. et in ad sanguinem durum pulsarentur. quisque in iuria singulorum duplicem componentur. Si quia hac uindicta impia tyrannorum pessimorum parum se abstinuerit. clericorum pescium placuit per omnes tam episcopi quam regibus et cunctis regni primatibus ut extra ecclesiam quilibet interfectus iuxta componentur sicut prius componebatur si extra ecclesiam occidentur. Que iuxta facile esse monstrabantur. cum precepta supra dictis facta ponentur. Si ne aliquis in his ponendis dubitatio oriatur. quid uocetur compositio que in ipsis inuenis ponitur. quare sic uocetur non ingruum nobis demonstrandum uidetur. Quid uocetur compositio. Compositio autem pro uo